

provinciae; parochia Pasićina ab a. 1847—1851, deinde ab a. 1868—1896 ab iisdem presbyteris saecularibus administrata fuit et deinde a religiosis provinciae; eodem modo parochia Plina ab a. 1867—1897 administrata fuit a saecularibus, deinde a religiosis usque hodie; parochia Borovci ab a. 1851—1863, deinde ab a. 1876—1891 administrata fuit a saecularibus sacerdotibus et deinde a religiosis provinciae, momento, nempe, quo ipsa suos religiosos designare poterat.<sup>124</sup> Ipsi Ordinarii locorum his parochiis de quaesitu superiorum vel a se ipsis, casu quo sacerdotes suos proprios non habebant, religiosos provinciae praesentari quaerebant. Sic e. g. annis 1895 et 1898 episcopus sibenicensis quaerit a patre provinciali, ut parochias Blizna, Bristivica et Ljubitovica denuo recipiat, ac inter alia sic scribit: »...sentire debeat (pater provincialis) obligationem succurrenti mihi in hac necessitate, eo vel magis quia hic agitur de parochia regulari, quam episcopus, dum ipsi possibile erat, semper providebat«.<sup>125</sup> Similiter et Ordinarii spalatensis dioecesis faciebant quaerendo denuo presentationes religiosorum ad parochias regulares huius provinciae.<sup>126</sup> — Eadem omni-

<sup>124</sup> Jerković, Župe Neretve, List biskupije splitsko-makarske, LIX (1937), 124—125; LX (1938), 28, 85—86; Bačić fra Petar, Župe i župnici franovačke provincije Presvetoga Odkupitelja u Dalmaciji, odavnine do god. 1926. Manuscriptum, ad fidem librorum paroecialium et sessionum capitularium provinciae in anteactis temporibus conscriptum, invenitur in Arch. con. de Visovac.

<sup>125</sup> Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1895 n. 395; de a. 1898, n. 575. Idem episcopus anno 1907 certiore reddit conventum de Sinj, ut de suo religioso provideat parochiam Radošić, quam usque tunc saecularis administrabat. Arch. prov. Split-Dobri, Spisi a. 1907 n. 1412.

<sup>126</sup> Cfr. de parochia Drašnice, quam a. 1891 restituit conventui de Živogošće (Arch. con. Živogošće, Spisi 1891); de parochia Plina, quam restituit a. 1897 (Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1897, n. 64); cum vero a. 1884 delegati parochiae Opuzen episcopum rogarent, ut loco Franciscani institueret ipsis sacerdotem saecularem, rescripsit ille eodem anno sub n. 90, die 10 Januarii: »In riscontro al preg. telegramma dd. esterna si ha l'onore di significare che l'Eccelso I. R. Ministero dell' Interni col suo Dispaccio 26 Giugno 1849 N. 844/4117 contenuto nel Decreto 18 successivo Agosto N. 13661/2413 dell' I. R. Governo della Dalmazia, ha contemplato Font' Opus come Parrocchia Regolare spettante al Convento dei Francescani di Zaostrog, e che non risulta allo scrivente che i PP. Francescani vi abbiano rinunciato. Fù perciò che fù accettata la proposta del Venerando